Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite LXXII



Tom. I. p. 125. De caſtitate. Incipit: *Caſtitatem, dilecte frater, palmæ ſimilem exiſtima.* Verterat idem *Zinus*. A

126. De virginitate. Incipit: *De virginitate, & animæ ſanctificatione &c.* Nyſſenus de S. Ephraemo pag. 1035. τὶς τοῖς περὶ παρθενίας προσομιλήσας οὐχ ἁγνὸν ἑαυτὸν ψυχῇ τε ϗ σώματι Θεῷ ἀγωνίσεται παραστῆσαι.

133. De compunctione. Incipit: *Edeſſena ex urbe benedicta*. Vertit ante Voſſium *Zinus*.

141. De compunctione, & ſalute animæ. Incipit: *Venite cuncti fratres, bonum a me peccatore Ephraem conſilium accipite*. Convenit ex parte quæ p. 233. ſequitur, & Græce in ms. Cæſareo occurrit. Vide Lambec. t. 3. p. 108. B

148. De pœnitentia, & confeſſione. Incipit: *Diſcamus o peccatores quid ſit miſericordia*. Verterat & *Zinus*.

150. De pœnitentia, & confeſſione. Incipit: *Ne ergo vano percellamur timore*.

Ibid. De pœnitentia, & patientia. Incipit. *Quis obſecro ſecum cogitans*. C

157. Sermo adhortatorius de patientia, & compunctione. Incipit: *Creator noſter Deus*.

161. De patientia, & conſummatione ſæculi, ac ſecundo adventu Domini. Incipit: *Illuſtris eſt vita juſtorum*. In quodam ms. Vaticano refertur ad S. Chryſoſtomum.

179. 185. Aliquot interrogationes, ac reſponſiones. Incipiunt. *Quomodo blaſphematur Deus?* Græce in ms. Cæſareo. t. 3. Lambec. pag. 108. D

187. De abrenunciatione in S. Baptiſmo facta. Incipit: *Abrenunciatio, quam in baptiſmo facimus*.

197. De recordatione mortis, & de virtute, ac divitiis. Incipit: *Morem oportet gerere illi, qui dicit, conſolamini invicem, & ædificate alterutrum*.

200. De reſurrectione mortuorum. Incipit: *Quid ſibi vult ſermo ille ſcriptus, nihil intulimus in mundum*. E

214. Adverſus illos, qui dicunt reſurrectionem mortuorum non eſſe. Incipit: *Cum Ethnicis ſentis*.

228. De iis, quæ poſt Crucis apparitionem in judicio revelanda ſunt. Incipit: *Audiſtis chariſſimi*.

231. De judicio, & retributione. Incipit: *Adeſte fratres mei omnes, & me Ephraem &c.* Græce in ms. Vindob. Lambec. t. 3. p. 106. n. 16. F

242. De futuro judicio. Incipit: *Si quando peccatum aliquod perpetraturus ſis*.

245. Threni, ſive lamentationes de divina retributione. Incipit: *Immenſam, atque ineffabilem Dei benignitatem cernis, anima mea*. Græce in ms. Vindob. Lambec. t. 3. p. 105.

247. De die judicii, threnus. Incipit: *Exquiſitum judicium æquiſſimi judicis*.

Ibid. Alia lamentatio ex S. Ephræmi doctrina. Incipit: *Recordatus ſum diei illius, atque contremui.*

248. Alia lamentatio ad animam negligentem. Incipit: *Anima obſecro ne concidas*.

249. Pia animæ pœnitentis, & ad Deum recurrentis precatio ex doctrina S. Ephraem. Incipit: *Hei mihi, hei mihi maximis peccatis prægravato*.

252. Oratio ad Deum. Incipit: *Deus juſte, & laudabilis*. Additæ ibidem aliæ precationes ex variis Ephraemi homiliis editis excerptæ.

T. 2. Præmittuntur *variæ S. Ephraemi ſententiæ*, ex ejus vita, & collationibus SS. antiquorum Patrum ſelectæ. Confer Apophthegmata Ephraemi, quæ Græce, & Latine dedit Cotelerius t. 1. monument. Eccleſiæ Græcæ p. 431. ſq.

P. 261. Narratio ad Monachos de ſua converſione. Incipit: *S. Abbas Ephraem accedentibus ad ipſum fratribus de ſeipſo utilitatis cauſſa enarravit*. Propter hoc ipſum exordium Natalis Alex. Hiſt. Eccleſ. ſec. IV. f. 136. facile ait ſe adduci, ut hoc ſcriptum Ephraemi non eſſe credat.

267. Canticum ſpiritale in laudem, & amorem doctrinæ, ac ſapientiæ, ex Syriaco traductum. Incipit: *Largire o Deus doctrinam amanti doctrinam*.

T. 2. p. 468. De Monachis, ac de Turture. Incipit: *Turturi viduato comparavit te ſeculo abdicatum Propheta, o Monache*.

470. De perfectione, qua præditum eſſe decet Monachum. Incipit: *Anno præterito ad me acceſſere quidam*.

479. De panoplia ſpiritali, ad Religioſos, ac Monachos. Incipit: *Panopliam ejuſmodi poſſidere debet*.

483. De agone ſpiritali. Incipit; *In luctaminibus hujus ſæculi*. Antiqua latina verſio edita in Clariſs. Zaccagnii monumentis Eccleſiæ Veteris pag. 114.

487. Sermo Aſceticus, & exhortatorius ad fratres. Incipit: *Fratres adſueſcamus benedictionibus*. Græce in ms. Vindob. Lamb. tom. 3. pag. 105.

493. Sermo Paræneticus de ſecundo Domini adventu. Incipit: *Reſipiſcamus, & pœnitentiam agamus, fratres*.

Tom. 3. pag. 561. 584. Sermo, ſive liber de Pœnitentia. Incipit: *Pœnitentia fertilis eſt fructus*.

617. De univerſali reſurrectione, & extremo judicio. Incipit: *Gloria omnipotenti Deo, qui os noſtrum* &c. Antiqua verſio Latina edita a Zaccagnio pag. 106.

621. Pia, & humilis ad Deum oratio. Incipit: *Hei mihi, hei mihi Domine, tanta ſunt vitia, atque peccata mea*.



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0116
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg